

16) Item que Salseburgensi ecclesie tempore scismatis subtracta sunt, ei plene restituentur.

17) Universi clerici qui sunt de Italia vel aliis regionibus, qui sunt extra Teutonicum regnum, dispositioni et iudicio domini¹ pape A. successorumque² eius et Romane ecclesie relinquentur. Si vero domino imperatori rogare placuerit pro ordinibus aliquorum quos canonice perceperunt, usque X vel XII, si instare voluerit, exaudietur.

18) G. etiam Mantuanus ad episcopatum quondam suum restituitur³, ita tamen quod ille qui nunc est Mantuanus, auctoritate domini pape et auxilio domini imperatoris ad Tridentinum episcopatum transferatur, nisi forte inter dominum papam et dominum imperatorem convenerit, ut in alio ei episcopatu provideatur.

19) Archipresbiter autem de Sacco in archipresbiteratu quondam suo et aliis beneficiis que ante scisma habuit, cum omni plenitudine restituetur.

20) Universi etiam ordinati a quondam catholicis vel ab ordinatis eorum⁴ in Teutonico regno restituentur in ordinibus taliter perceptis.

21) De⁵ Argentinensi⁶ autem et Basiliensi dictis episcopis qui ordinati fuerunt a Guidone Cremensi, in eodem regno a⁷ predictis mediatoribus committetur vel⁸ X vel VIII episcopis⁸ quos ipsi elegerint, qui prestito iuramento firmabunt quod illud consilium de ipsis [Romano] pontifici et domino imperatori dabunt quod viderunt⁹ se canonice posse dare absque periculo scilicet [animae domini] imperatoris et domini pape et sue, et dominus papa acquiescet consilio eorum.

22) Dominus autem papa et omnes cardinales si[cut] receperunt] dominum imperatorem in Rom[anorum et catholicum impera]torem et B. felicem eius uxorem in [catholicam et Romanorum impera]tricem, ita quod ipsa recipiat [coronam a domino papa A. vel a legato ipsius; ita recipient dominum H. filium eorum in] Romanorum et catholicum regem.

23) P[acem etiam vera]m reddent dominus papa A. et cardinales [domino imperatori F. et domine] B.⁸ imperatri¹⁰ et H. regi filio eorum et universis adiutoribus ipsorum¹¹, salvis que de sp[iritualibus dispositioni] et iudicio domini pape

1) Vorher d durchstrichen. 2) A. 3) Der erste Theil des Wortes ist stark corr. und verwischt. 4) eorum sofort über der Zeile nachgetragen. 5) Vor De ein Paragraphezeichen und vor diesem kleine Rasur. An der gleichen Stelle steht im Pactum Venetum ein Paragraphezeichen, während das zweite vor Art. 22 daselbst im Pactum Anagninum fehlt. 6) Ursprüngliches Argentin durchstrichen, dann Argentinsi wiederholt und ne übergeschrieben. 7) ā A. 8) Sehr verwischt und undeutlich, vielleicht corr., fehlt im Vaticanischen Exemplar des Pactum Venetum. 9) A statt viderint. 10) A statt imperatrici. 11) Vorher eorum durchstrichen.